

**OXFORD CAMBRIDGE AND RSA EXAMINATIONS  
A2 GCE**

**F364/01**

**CLASSICS: LATIN**

**Latin Prose**

**FRIDAY 10 JUNE 2016: Morning**

**DURATION: 2 hours  
plus your additional time allowance**

**MODIFIED ENLARGED**

**Candidates answer on the Answer Booklet.**

**OCR SUPPLIED MATERIALS:  
12 page Answer Booklet (OCR12)  
(sent with general stationery)**

**OTHER MATERIALS REQUIRED:  
None**

**READ INSTRUCTIONS OVERLEAF**

## **INSTRUCTIONS TO CANDIDATES**

**Write your name, centre number and candidate number in the spaces provided on the Answer Booklet. Please write clearly and in capital letters.**

**Use black ink.**

**Answer ONE question from Section A and ONE question from Section B.**

**Read each question carefully. Make sure you know what you have to do before starting your answer.**

## **INFORMATION FOR CANDIDATES**

**The number of marks is given in brackets [ ] at the end of each question or part question.**

**The total number of marks for this paper is 100.**

**Any blank pages are indicated.**

**Marks will be awarded for the quality of written communication in your answer in Section B.**

**BLANK PAGE**

**Answer ONE question from Section A and ONE question from Section B.**

## **SECTION A – Language**

**Answer EITHER Question 1 OR Question 2.**

### **Unprepared Translation and Comprehension**

**1 Read the passage and answer all the questions.**

**The Carthaginians have besieged Casilinum through the winter but failed to achieve the surrender of the town. A Roman relief force, though not strong enough to force its way into the town, finds another method to support their allies who are trapped inside.**

**By now the lengthy siege had reduced the citizens to an extreme level of deprivation.**

**alii non tolerantes famem se a muris praecipitabant, alii nuda corpora ad ictus telorum praebebant. copiis Romanis praeerat Gracchus. hic, quamquam ea quae ab urbe nuntiabantur omnem patientiam vincebant, nihil movebat. nam cibi importandi sine pugna spes 5 non erat.**

**frumento tamen ex agris convecto, cum complura dolia<sup>1</sup> complevisset, nuntium ad cives misit ut exciperent dolia<sup>1</sup> quae flumen deferret. insequenti nocte dolia<sup>1</sup> medio flumine missa defluerunt;**

**10**

aequaliter inter omnes frumentum est divisum.  
 postero quoque die idem factum est. tertio tamen  
 die aqua, imbribus continuis citior<sup>2</sup>, dolia<sup>1</sup> impulit  
 ad ripam quam hostes tenebant. ibi haerentia inter  
 salicta<sup>3</sup> conspiciuntur. postea Poeni intentiore 15  
 custodia cavebant ne quid ad urbem missum se  
 falleret. nuces<sup>4</sup> tamen fusae ab Romanis castris,  
 cum medio flumine ad Casilinum defluerent, retiis<sup>5</sup>  
 excipiebantur.

postremo ad id inopiae ventum est, ut cives lora<sup>6</sup> 20  
 detractasque scutis pelles<sup>7</sup>, ubi molliissent<sup>8</sup> aqua  
 calida, mandere<sup>9</sup> conarentur nec muribus<sup>10</sup> aliove  
 animali abstinerent, et omne herbarum genus de  
 infimis muris eruerent<sup>11</sup>. cum hostes terram circa  
 muros obaravissent<sup>12</sup>, cives semen raporum<sup>13</sup> 25  
 deiecerunt. tum exclamavit Hannibal 'eo usque dum  
 ea nascuntur ad Casilinum sessurus sum?'

Livy XXIII.19 (adapted)

## NAMES

Gracchus, -i (m)

Casilinum, -i (n)

Poeni, -orum (m pl)

Hannibal, -is (m)

Gracchus

Casilinum

the Carthaginians

Hannibal (the Carthaginian  
commander)

## **WORDS**

|   |                   |
|---|-------------------|
| <sup>1</sup> dolium, -i (n)             | storage jar       |
| <sup>2</sup> citatus, -a, -um           | speeded up, swift |
| <sup>3</sup> salictum, -i (n)           | willow bed        |
| <sup>4</sup> nux, nucis (f)             | nut               |
| <sup>5</sup> retia, -ae, (f)            | net               |
| <sup>6</sup> lorum, -i (n)              | leather strap     |
| <sup>7</sup> pellis, -is (f)            | skin              |
| <sup>8</sup> mollio, -ire, -ii, -itus   | I soften          |
| <sup>9</sup> mando, -ere, mandi, mansus | I chew            |
| <sup>10</sup> mus, muris (m)            | mouse             |
| <sup>11</sup> eruo, -ere, -ui, -utus    | I dig up          |
| <sup>12</sup> obaro, -are, -avi, -atus  | I plough up       |
| <sup>13</sup> rapum, -i (n)             | turnip            |

- (a) ‘alii ... praebebant’ (lines 1–2): what TWO desperate actions did the citizens take? [1+2]
- (b) ‘omnem patientiam vincebant’ (line 4): what do you think Livy means by this phrase? [1]
- (c) ‘nam cibi ... non erat’ (lines 5–6):
- (i) why did Gracchus take no immediate action (nihil movebat)? [1]
  - (ii) what part of the verb is ‘importandi’? [1]
- (d) Translate lines 7–19 (frumento ... excipiebantur) into English.  
Remember that extra credit will be given for good English.

Please write your translation on **ALTERNATE** lines.

[30]

**(e) ‘postremo ... sessurus sum’ (lines 20–27): how does Livy vividly describe the effects of the siege? You should mention BOTH what he says AND how he says it.**

**Make THREE points, referring closely to the Latin in your answer. [6]**

**(f) ‘conarentur’ (line 22): explain why this verb is subjunctive. [1]**

**(g) State and explain the case of the following words:**

**(i) ‘inopiae’ (line 20) [2]**

**(ii) ‘aqua’ (line 21) [2]**

**(h) ‘detractas’ (line 21): give the present infinitive active of this verb. [1]**

**(i) ‘sessurus’ (line 27):**

**(i) what part of the verb is this? [1]**

**(ii) give the present infinitive active of this verb.**

**[1]**

**Do NOT answer QUESTION 2 if you have already answered QUESTION 1.**

## **Prose Composition**

- 2 Translate the following passage into Latin prose. You are reminded that marks will be awarded for the style of your translation.**

**Please write your translation on ALTERNATE lines.**

**[50]**

**When King Acrisius learned that Perseus was returning home, he was terrified: for he remembered the oracle which had foretold that he would be killed by his own grandson<sup>1</sup>. Afraid to stay in Argos any longer, he went away secretly to the city of Larissa.**

**A few days later Perseus' ship was driven off course by a storm and by chance he was also carried to Larissa. There he found the people celebrating the sacred games, in which they persuaded him to compete. Perseus delighted the spectators by throwing the discus<sup>2</sup> further than any of the other young men, but as it descended it was carried into the crowd by the wind, striking King Acrisius and killing him instantly. Perseus was shocked to discover that he had killed his grandfather<sup>3</sup>, of whose presence in the city he knew nothing.**



## **NAMES**

**Acrisius**

**Acrisius, -i (m)**

**Perseus**

**Perseus, -i (m)**

**Argos**

**Argi, -orum (m)**

**Larissa**

**Larissa, -ae (f)**

## **WORDS**

**<sup>1</sup>grandson**

**nepos, nepotis (m)**

**<sup>2</sup>discus**

**discus, -i (m)**

**<sup>3</sup>grandfather**

**avus, -i (m)**

## SECTION B – Prescribed Literature

Answer EITHER Question 3 OR Question 4.

3 Read BOTH passages and answer the questions.

et ille quidem plenus annis abit, plenus honoribus, illis etiam quos recusavit: nobis tamen quaerendus ac desiderandus est ut exemplar aevi prioris, mihi vero praecipue, qui illum non solum publice quantum admirabar tantum diligebam; primum quod 5 utrique eadem regio, municipia finitima, agri etiam possessionesque coniunctae, praeterea quod ille mihi tutor relictus adfectum parentis exhibuit. sic candidatum me suffragio ornavit; sic ad omnes honores meos ex secessibus accucurrit, cum iam 10 pridem eiusmodi officiis renuntiasset; sic illo die quo sacerdotes solent nominare quos dignissimos sacerdotio iudicant, me semper nominabat. quin etiam in hac novissima valetudine, veritus ne forte inter quinqueviros crearetur, qui minuendis publicis 15 sumptibus iudicio senatus constituebantur, cum illi tot amici senes consularesque superessent, me huius aetatis per quem excusaretur elegit, his quidem verbis: 'etiam si filium haberem, tibi mandarem.'

quibus ex causis necesse est tamquam immaturam mortem eius in sinu tuo defleam, si tamen fas est aut flere aut omnino mortem vocare, qua tanti viri mortalitas magis finita quam vita est. vivit enim

**vivetque semper, atque etiam latius in memoria 25  
hominum et sermone versabitur, postquam ab oculis  
recessit.**

**Pliny, 'Letters' 2.1 (Sherwin-White 8)**

**(a) How does this passage convey the close  
relationship between Pliny and Verginius Rufus?  
You should comment on what Pliny says AND on  
his use of language.**

**Marks are awarded for the quality of written  
communication in your answer. [25]**

serpit per coloniam fama; concurrere omnes, ipsum  
 puerum tamquam miraculum adspicere, interrogare  
 audire narrare. postero die obsident litus,  
 prospectant mare et si quid est mari simile. natant  
 pueri, inter hos ille, sed cautius. delphinus rursus 5  
 ad tempus, rursus ad puerum. fugit ille cum ceteris.  
 delphinus, quasi invitet et revocet, exsilit mergitur,  
 variosque orbes implicat expeditque. hoc altero die,  
 hoc tertio, hoc pluribus, donec homines innutritos  
 mari subiret timendi pudor. accedunt et adludunt et 10  
 appellant, tangunt etiam pertrectantque praebentem.  
 crescit audacia experimento. maxime puer, qui primus  
 expertus est, adnatat nanti, insilit tergo,  
 fertur referturque, agnosci se amari putat, amat  
 ipse; neuter timet, neuter timetur; huius fiducia, 15  
 mansuetudo illius augetur. nec non alii pueri dextra  
 laevaue simul eunt hortantes monentesque. ibat una  
 (id quoque mirum) delphinus alius, tantum spectator  
 et comes. nihil enim simile aut faciebat aut  
 patiebatur, sed alterum illum ducebat reducebat, ut 20  
 puerum ceteri pueri. incredibile, tam verum tamen  
 quam priora, delphinum gestatorem collusoremque  
 puerorum in terram quoque extrahi solitum,  
 harenisque siccatum, ubi incaluisset in mare revolvi.

Pliny, 'Letters' 9.33 (Sherwin-White 39)

(b) How does Pliny make this passage a lively piece of narrative?

You should comment on what Pliny says AND on his use of language.

Marks are awarded for the quality of written communication in your answer. [25]

**BLANK PAGE**

**Do NOT answer QUESTION 4 if you have already answered QUESTION 3.**

**4 Read BOTH passages and answer the questions.**

neque senatorio ambitu abstinebat clientes suos honoribus aut provinciis ornandi, facili Tiberio atque ita prono ut socium laborum non modo in sermonibus sed apud patres et populum celebraret, colique per theatra et fora effigies eius interque principia legionum sineret. 5

ceterum plena Caesarum domus, iuvenis filius, nepotes adulti moram cupitis adferebant; et quia vi tot simul corripere intutum, dolus intervalla scelerum poscebat. placuit tamen occultior via et a Druso incipere, in quem recenti ira ferebatur. (nam Drusus impatiens aemuli et animo commotior orto forte iurgio intenderat Seiano manus et contra tendentis os verberaverat.) igitur cuncta temptanti promptissimum visum ad uxorem eius Liviam convertere, quae soror Germanici, formae initio aetatis indecorae, mox pulchritudine praecebat. hanc, ut amore incensus, adulterio pellexit et postquam primi flagitii potitus est (neque femina amissa pudicitia alia abnuerit), ad coniugii spem, consortium regni et necem mariti impulit. atque illa, cui avunculus Augustus, socer Tiberius, ex Druso liberi, seque ac maiores et posteros municipali adultero foedabat, ut pro honestis et praesentibus flagitiosa et incerta expectaret. 25

**Tacitus, 'Annals' 4.2–3**

**(a) How does Tacitus, in this passage, present a disturbing picture of Sejanus' rise to power? You should comment on what Tacitus says AND on his use of language.**

**Marks are awarded for the quality of written communication in your answer. [25]**

adsimulabatque iudicis partes adversum Germanici  
 stirpem, subditis qui accusatorum nomina sustinerent  
 maximeque insectarentur Neronem, proximum  
 successioni et, quamquam modesta iuventa,  
 plerumque tamen quid in praesentiarum conducirer 5  
 oblitum, dum a libertis et clientibus, apiscendae  
 potentiae properis, exstimulatur ut erectum et  
 fidentem animi ostenderet: velle id populum  
 Romanum, cupere exercitus, neque ausurum contra  
 Seianum, qui nunc patientiam senis et segnitiam 10  
 iuvenis iuxta insultet. haec atque talia audienti  
 nihil quidem pravae cogitationis, sed interdum  
 voces procedebant contumaces et inconsultae,  
 quas adpositi custodes exceptas auctasque cum  
 deferrent neque Neroni defendere daretur, diversae 15  
 insuper sollicitudinum formae oriebantur. nam  
 alius occursum eius vitare, quidam salutatione  
 reddita statim averti, plerique inceptum sermonem  
 abrumpere, insistentibus contra inridentibusque qui  
 Seiano fautores aderant. 20

enimvero Tiberius torvus aut falsum renidens vultu:  
 seu loqueretur seu taceret iuvenis, crimen ex silentio,  
 ex voce. ne nox quidem segura, cum uxor vigilas,  
 somnos, suspiria matri Liviae atque illa Seiano  
 patefaceret; qui fratrem quoque Neronis Drusum 25  
 traxit in partes, spe obiecta principis loci, si priorem  
 aetate et iam labefactum demovisset.

Tacitus, 'Annals' 4.59–60



**(b) How does Tacitus, in this passage, give a vivid impression of Nero Caesar's downfall?  
You should comment on what Tacitus says AND on his use of language.**

**Marks are awarded for the quality of written communication in your answer. [25]**

**END OF QUESTION PAPER**

**BLANK PAGE**

**BLANK PAGE**



Oxford Cambridge and RSA

## **Copyright Information**

**OCR is committed to seeking permission to reproduce all third-party content that it uses in its assessment materials. OCR has attempted to identify and contact all copyright holders whose work is used in this paper. To avoid the issue of disclosure of answer-related information to candidates, all copyright acknowledgements are reproduced in the OCR Copyright Acknowledgements Booklet. This is produced for each series of examinations and is freely available to download from our public website ([www.ocr.org.uk](http://www.ocr.org.uk)) after the live examination series.**

**If OCR has unwittingly failed to correctly acknowledge or clear any third-party content in this assessment material, OCR will be happy to correct its mistake at the earliest possible opportunity.**

**For queries or further information please contact the Copyright Team, First Floor, 9 Hills Road, Cambridge CB2 1GE.**

**OCR is part of the Cambridge Assessment Group; Cambridge Assessment is the brand name of University of Cambridge Local Examinations Syndicate (UCLES), which is itself a department of the University of Cambridge.**